



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 35. Bonifacius VIII. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII.
A. C. 1294.

§. XXXV.

Bonifacius VIII. Papa.

Boll. p. 462.
Rayn. n. 23.

Post Coelestini cessionem Cardinales decem diebus secundum regulam prætermittis, in regia sacro inclusi comitio rem divinam & consuetas preces peragebant: atque 24 Decembris pridie Natalem Christi an. 1294 pluribus suffragiis in Papam elegerunt Benedictum Cajetanum Cardinalem tunc Presbyterum de SS. Silvestro & Martino. Ille Bonifacius VIII dici voluit. Erat Anagniensis, & Leufredi Cajetani filius. A juventute suam animum ad Jura applicans, hujus facultatis Doctor, tum Canonicus Parisinus & Lugdunensis evasit, ac Romæ Advocati & Notarii pontificii muneribus fungebatur. Primum Cardinali Ottobono Papæ in Anglia Legato, deinde an. 1280 per Papam Nicolaum III Cardinali Matthæo Rubro adjunctus est ad pactiorem inter Rudolphum Regem Romanorum & Carolum I Regem Siciliae. Anno sequente a Martino IV Cardinalis Diaconus de S. Nicolao creatus, & ad eundem Regem Carolum missus est, ut eum a certamine singulari cum Petro Aragonum Rege abduceret. A Nicolao IV in Apulia Legatum agere, postea Lusitaniae Clerum cum Rege Dionysio re-

Sup.

conci-

conciliare jussus est. Idem Papa eum fecit Cardinalem Presbyterum, & cum Cardinali Gerardo Parmensi misit diremptum controversias inter Reges Arragoniæ ac Siciliæ Alphonsum & Carolum, atque inter Reges Angliæ ac Franciæ Eduardum & Philippum Pulchrum.

Bonifacius suum pontificatum orsus est a revocatione gratiarum, quas Coelestinus impertiverat, cujus simplicitate multi erant abusi: & hæc revocatio facta fuit de consilio Cardinalium die S. Joannis Evangelistæ 27 Decembris. Tum iturus Romam posthabita aeris asperitate Neapolim reliquit ineunte Januario anni 1295. In patriam suam Magnam delatus saltationes, aliaque publicæ lætitiæ signa spectabat: veneruntque illic numerosi Nobiles Romani, ut ei dignitatem Senatoris offerrent, quam accepit. Roma eum quasi ex hostili carcere elapsam excipiebat. Ordo Nobilium in equis, Clerus cum incensore inter cantus procedebat obviam. Papa primum petiit Lateranense S. Joannis templum: dein habitatum concessit in Vaticanum palatium. In S. Petri basilica die dominica 16 Januarii solemniter consecrato ad ejus portam in fastigio graduum imposita est corona, quam Constantinus S. Silvestro donasse

Sæcul. XIII.
A. C. 1295.

Boll. p. 462.
c. 4.
Rayn. 1295.
n. 1. 2.

Boll. p. 463.

p. 440. n. 13.

p. 465. 466

B b 2 tunc

Sæcul. XIII tunc credebatur. Tum Papa Lateranen-
A.C. 1295 se templum equestrem inter pompam a-
p. 469. c. 8. dibat: duo eum Reges comitabantur pe-
p. 471. dices: pater Siciliae Rex frenum equi a
 latere dextro, filius Hungariae Rex a læ-
 va parte tenebant. Idem Principes ei
Rayn. app. ad solenne epulum ministrabant coro-
to. 15. nati. Bonifacius, antequam inaugura-
 retur, super altare S. Petri juravit se tui-
 turum fidem & disciplinam Ecclesiae, ac
 speciatim octo concilia generalia. Hoc
 indicat eam jurandi formulam minimum
 decimi fuisse seculi.

§. XXXVI.

Cælestini fuga & captivitas.

Boll. to. 15. Interim Bonifacius singulari attentione,
p. 440. 475. quid suus antecessor Petrus Moro-
 nus ageret, observabat, veritus, ne essent,
 qui ejus simplicitate abuterentur, eum-
 que ad resumendam dignitatem pristi-
 nam inducerent; aut invitum agnosce-
 rent Papam, & abdicare munus non po-
 tuisse causarentur: quod reapse perhibe-
 bant aliqui. Quocirca humaniter eum
 tractabat, secum ducturus Romam. Sed
 cum comitatibus aliquot, qui viro invi-
 gilarent, præmissum, noctu e sociorum
 manibus, ut suam prope Sulmonem ædi-
 culam repeteret, cum uno tantum juve-
 ne sui Ordinis Religioso aufugisse inopi-
 nate